



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Ebrietas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

defendere) et si id quidam negant.

\*Vide *Tol. l. 5. c. 6. nu. 32. P. N. nu. 292.*

## EBRIETAS.

**M**ortale est se ebrietatis periculo committere, item alium scienter inebriare: non est autem tale, vendere scienter vinum se inebriare volenti, et si id quidam asserunt: & meritò, nisi quando commodè excusari potest.

\*Vide *Syl. Ebrietas num. 2. Tol. de peccat. m. d. 61. Val. t. 3. d. 9. q. 3. p. 2.*

Alium *Syl. l. c. 3. Tol. l. c. Nau. c. 23. nu. 21. Val. l. c. Vide Azorium l. 7. c. 33. q. 5.*

Add. *Syl. Matrimonium, & alij contractus ab ebriis celebrati inualidi sunt. Syl. l. c. 6. Tol. l. c. n. 8.*

Pecca. morta. ab ebriis patrata, si aliquo modo ebrietas voluntaria fuit, & potuit, debuitque is illud scelus præuidere, cum voluntarium fuerit in causa. p. m. est. *Val. l. c. ex D. Tho. & Caiet. Syl. Tol. l. c. P. N. l. 2. c. 1. nu. 61.*

Si curando morbo necessarium sit generosum vinum, ex quo sumpto sequatur ebrietas per accidens, sumi potest eo animo, ut morbus pellatur. *Bannes q. 64. 2. 2. art. 7. per Tol. Val. l. c. Vide Azorium l. c.*

Dormiens, aut ebrius, qui antea potuit, & debuit præuidere, & cauere, & non egit, si occidat, tenetur restituere. *P. N. l. 2. c. 1. nu. 61. ex communi si probabiliter putauit, id mal*

mali  
Castro  
furiosus

Eccle

**E**

Venit e  
piscop  
Ecclesi

\*Vi

noc. apu

queml

prehen

2 Eccle

uerti in

iunt qu

\*Vi

eo citat

3 Lice

dere, &

Quod si

\*Re

4 Non

aut iudi

causa pi

se, & h

dum De

\*Fu

mal

mali euanturum, & est irregularis. est contra  
Castrol. 2. c. 14. de lege pœn. Vide Couar. in clem. si  
furiosus. & Azorium l. c. q. 6. 7.

*Ecclesia, vide Alienatio, Conseruatio, Fe-  
stum, Gabella, Sacra.*

1 **E**cclesiæ nomine non venit Monaste-  
rium, nisi in materia fauorabili, in qua  
venit etiam Hospitale factum auctoritate E-  
piscopi: & venit etiam nomine Monasterij  
Ecclesiæ sæcularis.

\*Vide Naua. c. 25. nu. 17. Tol. l. 1. c. 18. nu. 7. In-  
noc. apud Sylu. Hospitale nu. 4. Monasterium, &  
quemlibet pium locum Ecclesiæ nomine cõ-  
prehendi putat.

2 Ecclesiæ dirutæ materiam non posse con-  
uertere in vsus profanos sine Papæ licentia, a-  
iunt quidam: ego Episcopi puto sufficere.

\*Vide Syl. vers. Ecclesia. 3. num. 7. & iura ab  
eo citata.

3 Licet in Ecclesia in necessitate, & come-  
dere, & reponere suppellectilem, & dormire.  
Quod si absit necessitas, veniale peccatū est.

\*Reponere? *Fum. Immunitas. 5.*

4 Non licet in Ecclesia sæcularia negotia,  
aut iudicia, nec publicæ conuocationes, nisi  
causa pietatis: licet autem Ecclesiasticæ cau-  
sæ, & honestæ repræsentationes, & dare gra-  
dum Doctoratus.

\**Fum. l. c. 2. 4. Dare? ibid. 3.*